

II. REGNUM MORTUORUM.

Nro. 93.

Rlyslum-Meum, Die Martis 25. Dec. 1810 (Neov. 12, Dec. 1810.)

Coelique meatus,
Describent radio; et surgentia sidera dicent.

Vvg. Aen. L. VI.

De Astronomico quopiam Reformatore.

Continuo adhuc homines in argumento Cur-
sus Planetarum, aut eorum consistentiae
disputant, atque usque homines fuerint dis-
putationi dediti reperientur aliqui, et eam ob
causam quamdiu hypotheses poterunt inveniri,
eas in medium proferent, quas quanto licet
cunq̄ue numero condiderint, denique faten-
dum habebunt: scire nostrum fractam rem
duntaxat esse.

Exemplum novum huic praebet asser-
to sequens annunciatio:

Irrefragabiles rationes fidem mihi faci-
unt, credendi: successum labori studioque
meo respondisse genuinum mundi Systema
detegendi, si non ex integro, saltem duo
praecipua *principia* de quiescentia et motu,
quorum felix inventio me auctorem habet,
quaeque ex tempore orbis conditi ad hodie-
rum usque tempus frustra et perperam qua-
erebantur. Si quis vero fuerit: qui hanc de-
tectionem vano sibi complacendi studio tri-

buendam existimaverit, is prius rem exacte nosse discat, et absque partium studio examinare, etenim isthic non agitur de hario-lando, verum de sciendo ex rationibus, atque facto ipso demonstrando.

Equidem diuturno studio tandem assecutus, Copernicanum Systema, quod Tellurem planetam statuit, quotidie circum axem suum moventem, atque anni spatio solem obeuntem, hoc inquam Systema a veritate prorsus alienum, erroneumque esse, utpote in quo vis gravitatis nulla ratio habita sit. Super hoc argumento Anno 1787 luci edita est, dissertatio quaestionem discutiens: *quiescit ne, aut est ne in motu tellus?* quae continetur in fasciculo pro M. Martio sub titulo: *Isis Tuguri*; quam Anonimus quidam frustra refutare conatus. Ex eo tempore descripsi opusculum 18 jam ante annos elaboratum, cui Titulus: *Tumulus Copernici*, seu: *neo detectae de mundi Oeconomia veritates cum nonnullis additamentis et mutationibus, 12 phyliras complectens et in 19 Sectiones divisum*, quo non solum telluris quiescentia argumentis inexpugnabilibus demonstratur, omnesque ad hoc tempus factae objectiones sufficienter diluuntur, sed et praecipua meteora optica ex naturalibus causis suis explicantur.

Profecto dolendum esset, si memorabile atque una parum sumtuosum hoc opusculum, cujus exemplar 18—20 non ultra assibus vaenit, cumque eo summe momento-

sa det
livion
consp
ut fiat
debeo
sicae
aut ph
stali p
viand

A
in Mi
seqv. s

A
ciation
viae s
In rati
rabilis
sis loc

CL
minore
atque
litates
exultar
ante 3
ruptur
henius
peritus
ambo
rent, e
proin l
de. qu

sa detectio rursus pessumiret. Hoc igitur oblivioni eximendi, et typo vulgatum publico conspectui exhibendi votum mihi est, quod ut fiat, certus definiti ementium numeri esse debeo. Quare cuncti litteraturae atque Physicae amantes perhumane invitantur, ut unum aut plura exemplaria scripto et persoluto postali portorio conducenda curare velint inviando.

ad

Bernardum Herrmann

in Herisau Din. Appencell.

Adversus hanc annunciationem legitur in Miscellaneis pro novissima notitia orbis seqv. scriptum Tuguri dd. 18. Nov. 1810.

An jam vidit D. T. astronomicam annunciationem a quodam D. Herrmann Herisaviae sub titulo: *tumulus Copernici* ., vulgatam? In ratione astronomica haec quidem memorabilis haud est, at in psychologica fortassis locum in Miscellaneis meretur."

Cl. Lichtenberg cujus magnopere interfuit, minores majoresque humanae mentis vires atque humanae inscitiae perscrutari imbecillitates, magno solatio adficeretur, tamque exultaret, quam super vaticinio *Ziehenii*, qui ante 30 annos demonstravit: tellurem perrupturam et quidem in lacu Bodanico. *Ziehenius* quidem aequae parum Astronomiae peritus erat; hoc utrique commune, quod ambo admodum bene de sua scientia sentirent, et acquiformi se ratione explicent, ut proin luculentum adpareat, ambos ignorare de quo nam argumento sermo vertatur.

Scire dignabitur: Herisauensi nostro Collegam Parisiis esse, *D. Mercier* Nationalis Instituti socium, qui perinde Systema Copernicanum inficiatur; in fortunis censendum: quod institutum non adeo severum cum Copernicanismo sit, quam cum articulo credendi de tribus drammatibus epici proprietatibus, quem auctor hujus axiomatis *D. Lemerrier* ut vulgo constat in suo Columbo edidit, cuique occasione receptionis in Institutum Praeses declaravit; eum ea de causa in praesidium doctum recipi non posse, ne in detrimentum boni gustus posteritati malum exemplum detur, si postmodum felici ratione in dramaticis suis praelectionibus Shakespeareismo renunciato ad 3 Aristotelicas unitates reductus fuerit.

Si Herisavensis Hermannus noster se refutari petit, profecto multum petit. Primum tantam Astronomiae operam dare deberet, ut sciat mente argumentum sermonis adprehendere; tum germani gnarus esse deberet idiomatis ut se notionesque suas clare exprimere possit. Animo convictus sum, eum id si fecerit, suapte assecuturum refutationem supervacaneam fore. --- Fortassis nondum omnia perspecta habet, quae contra Systema Copernicanum litteris prodita sunt. Posset ei R. P. Riccioli e S. I. Astronomia commendari, si latinam linguam calleret. Huic insunt novem et nonaginta argumenta adversus Copernicanum mundi Systema producta et quidem 1) Ex S. litteris. 2) Ex SS. Ecclesiae

Patribus. 3) Ex ratione. 4) Ex astronomia. Praeterea 40 positiones quae telluris motui circa axem patrocinantur diluuntur. Ego opus hoc Dno Mercier vice quadam commendabam, at postquam duobus illud, in folii, ut ajunt, magnitudinem compactis constare libris comperisset, nihil quidpiam posthac amplius de eo scire voluit. — Libro ejus adversus Copernicum in lucem prodeunte, pater Lalande dicebat: si D. Mercier dimidium temporis, elaborationi operis impensi, studio Matheseos et astronomiae impendisset, probabile est eum id non elaboraturum fuisse.

Quod vero in Herisauensi nostro me delectat est: quod opus suum, „Tumulum Copernici nomine insignierit. Haec occasione in mentem mihi venit quodpiam facetum ex Biographia Lichtenbergii Anecdotum: accidit ut quidam Professor contra Newtonum scriberet, nisi me memoria fallit, in ejus opticam. Lichtenberg probabat ea duntaxat causa eum hoc fecisse, quod Newtonum non intellexerit Dnus Professor qui Newtonum non intellexit, id quod Lichtenberg ei dicebat, perinde non assequebatur, paulloque post luci edidit opus, in quo simplicibus verbis declarabat: a se Newtoni theoriam tumulo illatam esse. Lichtenberg, occasione ita ferente, ei per itinerantem nunciandum curavit: se cum voluptate percepisse, ab eo Newtonianam Theoriam honesto funere illatam sepulcro fuisse, id jam exspectandum venire, an ejus in furca, aut patibulo peritura sit. —

Interim Herisavia Cellae Abbatiae non solus locus est tam celebribus Astronomia nobilis.

In Frisia orientali quidam Colonus est, qui Anti-Copernicanum se profitetur, et sua Memorabilia inseri Correspondenti Hamburg. curat — quae hic memorat multo jucundiora lepidioraque sunt, praeprimis ob copiam grammaticorum errorum. Tale quid animo oblectando servit: egoque olim novam editionem ejus procurabam, has detectiones oblivioni eripiendi gratia.

Si id genus homines tantae essent prudentiae ut quod iis inculcatur, intelligerent, opus sane caritatis esset eos ignorantiae eripere, quod fortassis alio quopiam objecto, in quod promptitudinem suam exerere possent, semet occupare possent — ast secus est. Eorum limitatae mentis facultates, et praeconceptorum opinionum dilectio vetat, quo minus defectum scientiae suae perspiciant, quo fit: ut in felici Ignorantia et adquiescentia sui perseverent. — Socraticum illud *scire: se nihil scire*; parum eos adficit. — Et tandem — quantum, amabo, jacturae est? — Inter miliones hominum, in hoc orbe viventium, profecto nongenti nonaginta miliones Anti-Copernicani deprehenduntur, atque: an uno alteroque plus minus sit, nihil ad Culinam facit. Si eapropter Hermannus etiam ad Copernicanum mundi Systema converteretur, nihil id orthodoxo coetui prodesset, aut parum eum adjuvaret — studium convertendi

semp
Etiam
tem p
in rat

gna
rum
prout
in arc

Vend
Slesvi
mus
ligati
Rege
moto
niae
nexus
nostro
crevin
musqu
plura
portu
adpre
to ho

M
navig
valis
loniis
perio
ibi pr

semper institutum sibi proprium retinet. Etiam si unus alterque ad orthodoxam societatem perducitur, id duntaxat gutta est in urna in ratione millionis, qui amittuntur.

Dr Bg.

Novitates.

Holmia 25. Nov. Regiae Majestatis benigna declaratio intuitu Anglicorum navigiorum et mercium rationeque cum iis agendi prout et cum Colonialibus mercibus, edita in arce Holmensi die 19. Nov. 1810.

Nos Carolus D. G. Sveciae Gothorum et Vendorum Rex. etc. Haeres Norwegiae, D. Slesvic. et Holsatiae etc. hisce notitiae damus publicae: quod ad custodiendas obligationes nostras cum Maj. Imp. Gall. Rege Italiae, Protect. Rhen. Foed. nos permotos senserimus, unitis Regnis M. Britanniae et Hyb. bellum declarare, omnesque nexus commerciales aliosque nexus cum illo nostroque regno abrumpere, quapropter decrevimus, idque hisce decernimus praecipimusque: quod si praeter opinionem nostram plura, aut aliquod Anglicanum navigium portibus Regni nostri contineretur, continuo apprehendatur, exacteque cuncta in argumento hoc observari solita observentur.

M. Britannica bellica aut commercialia navigia, atque quaevis absque discrimine navalis suppellex, quae ex M. Britannia, ejus Colonialibus et ditionibus ejus immediato sub imperio constitutis, aut quae merces vehunt, ibi procreatas, aut elaboratas, aut quae Maj.

M, Britenniae Regi, vel ejus subditis propriae, sub severissimo onere responsionis portibus Svecicis non immittantur. Porro benigne decernimus: ob initam in aliis Continentis Statibus nuper agendi rationem ad avertendam Anglicanarum Colonialium mercium importationem, ne tales merces ab ulla urbe et e nullo regni nostri loco, post factam ibi hujus benigni Decreti nostri promulgationem, nec ullo alio Continentis extero loco exportentur. — Hac agendi ratione, et cum in regno nostro penus Colonialium mercium pro notabili temporis spatio necessitatibus subditorum nostrorum sufficiens sit, nobis necessitatem imponi videmus invectionem harum, aut Colonie. mercium cujuscunque originis aut vexilli fuerint inductae, vetandi, quare hoc interdicto promulgato nullae Colon. mercibus oneratae naves Svecicos portus subire audeant.

Caeterum exactas speciales detegendi a 24 p. Apri. legitime illatas merces quo pretio et ubi. Inquisitiones mandamus, decreturi porro quid intuitu earum legis sit. In argumento supra praeceptorum concernentes officiales publici exactissime intendant.

In quorum fidem en Subscriptionem et R. Sigillum nostrum!

Holmiae in arce 19. Nov. 1810.

Carolus.

RE

Secreta

Elystum

Paroch

Ani

gumer

ecce!

singula

tu mo

sticis

A

emolu

audire

,

coatur

mutuo

tem si

capere

milesq

quas

oculos

firmat

Tenta

Incola